tato igne de sub olla et misce mel sine intermissione et quo-
tiens bulliet pone unum lignum sub olla et fac ignem pau-
latim et aufer residuum spume eius quousque remaneat mel
mundum deinde aufer ab igne. Et repone ipsum. Sed qui vo-
lunt facere breviori artificio bulliat mel quousque eleventur cera
et sordes eius super faciem eius mellis et liquefiat bene tota
deinde aufer ab igne et misceatur totum donec infrigidetur
deinde dimittat quiescere parum quod tunc poterit colligere omnes
spumas eius quas ipsum colliget super faciem mellis deinde re-
ponatur mel quod remanebit mundum sic autem est factum

Forma conficiendi mel cum aqua dulci ad fructus sive corpora

Accipe de melle albo unius anni quod habeat puram odo-
rem et sit fortis dulcedinis et quod nondum tetigit ca-
lor ignis et pone in olla recta lati orificii que as-
simuletur alchasecie et pone in qualibet mensura mellis
decem mensuras aque clare et facias signum in latere olle usque
ad quem locum locum pervenit mel sine aqua deinde accende ignem
suavem sub olla et quod mel bulliet munda a sorde sua
cum acacia sicut fecisti supra donec remaneat mundum et clarum
et misce omnia ad parvo igne et cave ne comburatur et despumetur.
Et quod mel descendit propter signum sue quantitatis quod fecisti
in olla sed quod ponas super ipsum v mensuras aque et quar-
tam eius misce absque intermissione donec unum appropinquet
signo suo mensura unius digiti. Et sunt qui apponunt a-
liam aquam unam ad conficiendum amplius et colat et reponat in
vase vitreo. Et oportet sic dixit sed quod coquatur in die claro se-
reno celo cum propter parietem ne cadat in eo aliquid de fulli-
gine vel alia sorde et destruat mel. Et caveat toto
posse ne resflectatur aliquid ex suo anhelitu in mel et destruat
et ingrescant. Et oportet quod diligentia sit circa illud et fructus ve-
rum vel similium et hic modus est eius secundum secretum alius

Modus albificandi ceram

Accipe de cera quam accepisti ab ablucione angeolorum
de illa albissimam si potes et si non accipe de cera munda
et mollem. Et pone in olla nova cum medietate quanti-
tatis eius et aqua clara munda et pone super ignem donec
liquefiat tota et mitte super faciem aque. Deinde accipe unum
vas vitreum ... si levius et madefac ipsum in aqua
frigida et submerge unam medietatem eius in cera liquefac-
ta ... cum cera que sibi adhesit et dimitte infrigi-
dari et separa illam ceram a vase et ipsum cum hiis foveas pa-
... Et hoc facias saepe donec totam ceram tali modo ex-
trahens. Deinde pone istas ... in sole pluribus diebus
in mense iulio quod sol est in maiori calore. Et dixit quidam sa-
pientes quod ... albae ... cera quod decoquitur
in aqua marina donec albescat ut ego fui expertus illud